UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad albinum amicum suum

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Grex auium plumas moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus ipſe quid audes
Que circumuolitas agilis thima. non tibi paruum
Ingenium non incultum eſt. nec turpiter hirtum
Seu lingua cauſis acuis. ſeu ciuica iura
Reſpondere paras: ſeu condis amabile carmen
Prima feres hedre victricis premia: quod ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes
Quo te celeſtis ſapientia duceret: ires
Hoc opus: hoc ſtudium parui properemus ⁊ ampli
Si patrie volumus: ſi nobis viuere cari
Debes hoc etiam reſcribere: ſi tibi cure
Quanto conueniat Munatius. an male ſarta
Gratia nequicquam coit: ⁊ reſcinditur. at vos
Seu calidus ſanguis: ſeu rerum inſcitia vexat
Indomita ceruice feros vbicunque locorum
Viuitis indigni fraternum rumpere foedus
Paſcitur in veſtrum reditum votiua iuuenca

Argumētum epiſtole quarte

a D Albinum epiſtola eſt quem circa p̄ncipium epiſtole laudat a rectitudine iudicij vt ſibi vitam muniat ad reprehenſionem iuſtiſſimam. Vult enim hominem admonere vt cum in bonorum affluentia conſtitutus ſit deponat ſuperuacuas animi curas

Ad albinum amicum ſuum

a Lbi noſtrorum ſermonum candide iudex
Quid nunc te dicam facere in regione pedana
Scribere quod caſſi par menſis opuſcula vincat

An tacitum ſiluas interreptare ſalubres:
Curantem quicquid dignum ſapiente bonoqꝫ eſt
Non tu corpus eras ſine pectore: dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederant artemqꝫ fruendi
Quid voueat dulci nutricula maius alumno
Quam ſapere ⁊ fari poſſit quę ſentiat. ⁊ cui
Gratia: fama: vali tudo contingat abunde
Et mundus victus non deficiente crumena:
Inter ſpem curamqꝫ timores inter ⁊ iras
Omnem crede diem tibi deluxiſſe ſupremum
Grata ſuperueniet quę non ſperabitur hora
Me pinguem ⁊ nitidum bene curata cute viſes
Cum ridere voles epicuri de grege porcum

Argumentum epiſtole quinte

T Orquatū virū diuicijs affluentē. ſꝫ ob auariciā ꝑtis vti nō audentē ad liberaliorē vitā traducere conat. Jta tn̄ vt frugalitas ſeruet. neqꝫ queratur luxus

¶ Ad torquatum.

S J potes archaicis conuiua recumbere lectis
Nec modica cęnare times olus omne patella
Supremo te ſole domi torquate manebo
Vina bibes iterum tauro diffuſa paluſtres
Jnter minturnas ſinueſſanumqꝫ petrinum
Si melius quid habes. arceſſe. vel imperium fer
Jam dudum ſplendet focus. ⁊ tibi munda ſuppellex
Mitte leues ſpes ⁊ certamina diuiciarum
Et Moſchi cauſam: cras nato cęſare feſtus
Dat veniam ſomnumqꝫ dies impune licebit
Eſtiuam ſermone benigno extendere noctem